

Bibliothèque numérique

medic@

**Millot, Jacques-André - candidat /
Chopart, François - président. - De
uteri prolapsu**

1771.

***Paris : Typis P. AL. Le Prieur,
Regii Chirurgorum Collegii
Typographi,
Cote : ms 2344, n°4***



ILLUSTRISSIMO, CELSISSIMO, SPECTATISSIMO VIRO,
ARDENTISSIMO QUE SCIENTIARUM ET ARTIUM PROTECTORI,

D. D. BERTIN,

*SAPIENTISSIMO REGNI ADMINISTRO, REGI-A-CONSILIIS COMMENTARIENSI,
REGIORUM ORDINUM COMMENDATORI, PRÆCIPUO ÆRARII PRÆFECTO, &c.*


INAUGURALES has Theses in æternum reverentis animi monumentum,

Offert, dicat, consecrat

Humillimus & obsequentissimus

J. A. MILLOT.

D





INSTITUTION ROYALE D'ARTS ET MÉTIERS
BIBLIOTHÈQUE DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE
D. D. P. E. R. T. I. N.
SÉPTEMBRE 1854
RECEVU
BIBLIOTHÈQUE DE LA FACULTÉ DE MÉDECINE
PARIS
A. A. MILLOT

Orationes

habita in Regis Chirurgorum Scholis
die 30^a Xbris anno 1771. 1^o a D.

J. A. Millot Serenissimi Principis
Comitis Provinciae Chirurgi. 2^o a D.

J. Chopart Anatomiae et Chirurgiae
in Scholâ practica Professore cum dictum
publicum ad gradum Magisterii in
Chirurgia adipiscendum propinquaret
Supra dictus Millot

Opinion

Il est très difficile de donner une

opinion sur ce sujet.

Il faut d'abord se rendre compte

de la situation actuelle.

Ensuite, il faut se demander

ce qui a causé ce problème.

Enfin, il faut chercher des solutions.

C'est tout ce que je peux dire.

~~~~~

~~~~~

~~~~~

~~~~~

Oratio habitata in Regia Chirurgorum

Scholis die 30^a Xbris anno 1771. a G.

R. Chiffot Secretarius Provinciae Comitatus

Provinciae Chirurgorum

Pro acta publico et solenni Cogitatione

Ubi ex omnibus summi propterea que humanis
 quibus hominem, tum admirabili organorum, quibus
 agitur, concordia, tum illo praecipue, quo vivit, spiritu
 longe praestantissimum esse quid omnes conqueantur
 habetur. Vigilantissimi Scholae Moderatores,
 Auditores omnium ordinum spectatissimi, ita
 et hoc non minori constat evidentia, ex omnibus Animantibus
 nullum esse pluribus gratioribusque periculis obnoxium.
 Quod olim auctor cum reputaret oratorum principes,
 exclamabat; *Non lugenda uenit generis humani*
conditio! Vita hominis, vita laboris. Quam vero
 vix enisum alii matris claustris infantem, eae

⁴ Statim dolor aggreditur. Quam si denique per omnes vite
miserrime gradus sequi voluerimus, cum infinitis ac saepe
fueritissimis mortis conflictatum et numerosa periculorum
labea circum obessum intrabimus.


At illud si verè de homine generaliter, quanto verius
de femineo genere dicendum? O infortunata mulieres! —
principua humani generis et longè amore dignissima pars;
quibus à sapientissima rerum omnium ordinatrice natura
datum est, corporis animique dotibus, in dolis amantate, —
colloquiorum hilaritate, humanae societati lucem, vitamque
et quasi animam infundere, et ad maxima quoque et optima
vires accendere; quibus et Reges et privati, litterati et
artifices decuritas, siue in Dellone castris, siue in Musarum
templis, lauros tam saepe auxitas retulere: debuerat etiam
illis clementius indulgere natura, sexumque tenerum proter
et infirmum tot sortis humanae laboribus exornare; quae contra —
propter communia nobiscum discrimina, tot insuper propositis —
gravissimisque casibus novata potius quam mater eas objecit.
Ut enim mittamus quae graviditatem partumque concitantur;
quam multa, alia atque aciora, in feminas, palcherrimum Creatorem
opus, ingruunt mala! Sanguinis effusio, actumque saporis
lagina decausus, Uteri equivocus, huiusce quoque partus prolixus,
qui tanti saepe est periculi, ut, si quo interdum casu accesserint,
certissimum inde illis imminuat exitum.

5

Verbi hujusce gravissimi descriptionem hodie aggredior:
neque hoc onus profecto non leve suscipere, coram quæ per-
- celebri artantium cœtu in arenam descendere mihi unquam
venisset in mentem, nisi spem omnium meam in vestra
indulgentiâ, *Auctores ornatissimi*, reposuissem, -
profectim clarissimi Confusus auxilio Prospicio (1), viri et
sagacitate et doctrina commendabilis. ~~~~~

(1) D.
Chopart.

~~~~~  
Dixi.  
~~~~~  
~~~~~



7  
In hac solenne in die Regis Chirurgiarum Scholae  
Francisco Chopart, Anatomiae et Chirurgiae  
Scholae practicae professore, cum actum  
esset ad gradum Magisterii in Chirurgia  
promovendum promouetur J. A. Hottot.

Solenne est apud nos et a primis hujus Collegii nostri  
incauabulis usurpatum, Auditores amantissimi, ut  
quisquis publicè actus professor futurus et arbitri in hunc sug-  
gerendum consunderet, in oratione proluderet, quàm coràm illustri-  
ssimo adhaerentium ceteris, hujus disciplinae quam profitemur,  
laudes egregias prosequeretur. Neque hoc cuiquam mirum  
videri debet; cum nullus fideat inter Auditores, qui non  
magnopevè gaudeat hanc autem celebrari, cujus ex officinâ  
tot in humanum genus emolumenta redundant. Huic hanc  
brute hactenus vice non infertimus; vati scilicet ad commendandum  
Chirurgiam, cui pristinus adeoque natus suus splendor,  
insigni Virorum (1) illustrium opera, non ita pridem  
restitutus est, aut nihil in iis quae jam ad illius commendationem  
avolui dicta sunt, desiderari, aut si quid desideretur, id videri.

(1) D. D.  
De la Peyronie  
et  
De la Martinière.

et aliam, hoc est, nostris longe superiorem postulare. Nolite ex ea  
suspitari, *audientes*, deesse nobis erga com mune nostram  
Paucentem et nobiliores ipsius Patronos, ob collata beneficia, gratum  
ac bene memorem animum. Sed ita semper opinati sumus, —  
nihil antiquam ingratum magis et insuavendum delicatis auribus,  
adeo que vestris, accidere posse; quam si dum foras praeiue  
gortiantur membris animi sensus, non, utique, simul erumpant,  
ad aurium delicias, ille quæ nobis desunt, facundioris opes ingenti,  
succi illi, sales et lepores, quibus animi affectus palam testati —  
veluti nutriantur, condiantur, et insigniantur.

Quapropter nec intempestivum nec insuavendum vobis —  
argumentum fore duximus, si hodie hanc in oratione —  
non nihil de obstetricantis Chirurgi dotibus delineavimus. Et  
hanc quidem appellationem nuncupamus suavem illum et amabi-  
lem Virum, quem parturientes accusare properant, sibi optula-  
tum, dum non sine gaudio laborant in lucem edere, seu  
femineam, olim, ut sperant, futurum mariti felicitatem; seu  
maculum, cō olim, uxori carosum futurum, quod pulchrum  
laudem et appetet avidentius et cumulatius conspicietur.

Quisquis porro ad placendi munus, ut par est, oblectum  
se addigit, is satis non esse noverit, si mysteris artis —  
initiatum, recondita etiam arana penetraverit. Neque quam  
ad illam *Chirorum* illustrium, quibus Magistris usus est,  
equandam famam auhelabit; nisi eorum insistent vestigiis,  
principaliore, auti alteram adiecit, non multo minus profuturam.  
Ritem placendi dico, cuius loquutio vel primo in eunda

inter homines societatis consilio caesa est. Cogitatione perlus-  
-trems ordines omnes, quibus in diversa vite genera societas  
civilis distribuitur; deprehendemus statim illam officiorum  
inter homines communionem ab eis potissimum, quibus, ut  
placeant, maxime cordi est, derivari. Jam vero commune  
hanc hominum humanitatem dum ipse secum recollit —  
obtestandi Magister; qui fieri potest, ut non exadat —  
omnium hominum humanissimus? Omnes ad quas accedit  
mulieres, ut propinquas habet et consanguineas; nec aliter vel  
maximam societatem intueatur, quam numerosam  
familiam hominum sibi cognatorum, quorum omnium ipse  
primus et excepturus est et sepe conservaturus tori conjugalis  
sanctique fœderis carissima pignora. Sic erit profecto —  
secreti tenax, ut rem arcanam sibi creditam vel ipsum se  
latere, judicet. Sic modestus ac revereundus, ut omnia  
sermone pudori tuta faciat ac secreta. Sic nullus alterius  
pro alteris animi affectibus ostendendi solus, ut hilares ac  
gaudens, ubi nihil nisi letum: firmus ac constans, ubi triste  
quid accidit, illi co videatur. Sic in alloquio suavis et  
urbanus, ut ore mellifluo, mellam illam carum quas adit  
suavitatem emuletur. Sic denique toto corporis et oris —  
habitu compositus, ut ipsius fidei mulieres ament sese com-  
-mittere, quarum quidem fiduciam nisi prius obtinueris,  
quis quis sis alimide, nihil apud eas profeceris.

(1) D.

Ruffel

Me presentatis, *audite*; Ruffe, neutro est ut  
 proprio nomine appellem. Virum illum celeberrimum (1),  
 nimis etiam! citò, sue familie, huic Academia, huic  
 nostro Collegio subtractum: Virum quem novatis  
 omnes, et in depictâ supernis imagine, non adscitis sed  
 nativis suis lineamentis adumbratum, procul dubio recognovistis.  
 Id nihil non à natura, unde amaretur, accipiat; adeo ut  
 oculos vel minus attentos primo intuitu ad amorem suum illiceret.  
 Ad statuum soliti aliorum adjungebat similitudinem novum  
 eò magis illecebrosam, quò nativa magis videbatur. Ut  
 varios hominum mores usque polle noscat, sese in quotidiana  
 conversatione, haud egre, in omnibus accommodabat, à quibus  
 opem latuor, non sine quadam honoris significatione accersabatur.  
 In vestitus apparatu, nihil affectabat, quod non erat loco,  
 temporis et personae consuetudinem; nihil, quod auram  
 mediocritatem excederet, nostrorum prospectum hominum  
 iudicio, qui quandam luxuriam speciem tibi non egre  
 condonent, si modo ut ei facias satis, non mutueis ex alieno,  
 sed ex proprio fundo desumas. Sic erat non solido minus  
 quam splendido virtutis nomine commendabilis, ut istos  
 omnes vel in speciem pugnantes amito fovere conspiciat;  
 liberalis perinde et paucus in sumptibus, ubicumque res  
 postularet. Non ad pompam ostentabat quos; sed laborum  
 fructu fovebatur, non sine illâ laude, quâ Proceper inter

11  
admisceretur ut amicus, et inter Coniuges eam nobilitate et facilitate  
resareretur, quod et alio promitteret honestam libertatem, sibi que  
omnium observantiam consiliaret. Si aulicum emulavi lubuisset,  
credideretis aulicum, quem non nisi ut doctum. et peritum  
autem hanc supererat. Qualem se in exercitiis promonstrareval,  
talem se deinceps pugna exhibuit; hoc est, Vivum ad omnes  
Chirurgiae partes, equum natum et idoneum: nec huic uni-  
parti se prius addixit, quam in aliis partibus non minus insignia  
industriæ et peritiae suæ, his in scholis, edidisset Specimina.  
Hæc fama celebritas, et illa profectum, quæ ad coniungendas  
amicitias tantam vim habet, studiorum et naturæ similitudo  
fecit, ut duos inter non minus prestantes Vires ea iniretur (1) D. *Forbes*  
multitudo, quæ hic in Alterius ( ) generum assumereetur.  
Interim hæc Academia, quæ ipsius inventis et observatis in  
dies laqueletabatur, in grati animi testimonium, ipsum elegit,  
cui nobilem *Directoris* provinciam committeret. Hoc in  
supremo honoris Academiae culmine, ut in aliis manibus, sic  
amabilis extitit, et Collegis acceptus, ut nullibi libentius quam  
apud ipsum haberetur Academia Comitibus. Illis, quæ erat  
munificentia! nullis parabatur sumptibus; ne quidquam  
aut honori Collegis debito, aut iusto ob collocatum tale-  
munus gratitudini deesse videretur. Tertius fuerunt, qui  
has ades sabire, et hilaris illius urbanitatis, quæ cum  
suis solet conversari; et incedibilis illius felicitatis, quam  
universa familia, non sine effusa grati animi significatione,

<sup>12</sup>  
anxietatem ipsi referre gloriametur: nec quisquam exinde, nisi  
sensibus indem affectus, exibat. Si quod exputabas potest omi-  
sisset, credidisses factum; et laudi apud ipsum verberas, quod  
vix apud alium deprehendisses; adeo vel ~~maioris~~ <sup>maioris</sup> quod agere  
debeas, magna pretium addit illa, quod agis, gratias! Hinc  
necum quisquam invideret, quod cuncta ipsi prope  
succederent, contra omnes equè cum ipso fortunam egres-  
sædicabant; quippe qui erat ex eorum paucorum numero,  
quos fortunatos et maximam opum, quos cum ipsis partiaris,  
malis esse dominos, quam ut eadem providendi et adminis-  
trandi nimis anxiam sollicitudinem in te suspicias. Unum  
tamen in hac ipsius fortuna desiderandum superverat, quo  
et coronarentur privati tituli, et publica vota cumularentur;  
ut nempe, advocaretur ad Aulam, hoc est, ad Clarissimum  
illud totius Gallie theatrum, in quo Clarissimus ipse  
versaretur. Quanta plaupibus Versalias usque, ipso Rege  
vocante, tantam famam comitata fuit totius Regine  
Urbi gratulatio; nisi et ipse Regis sollicitam et commanem  
omnium nostrum expectationem lethali morbi virus exat-  
fessisset!

Hic tanto viro, gaem, dum virevel, omnibus tum  
natura, tum fortuna, tum fame bonis dilatam et  
ornatur supereximus; Tu Succedis, ~~audito~~ <sup>audito</sup> ~~Gallia~~!  
(1)! Tu tot egregium et corporis et animi dotum nobilis  
homo, talis institutoris vestigia insites, et hoc alterum  
ipso, tuis successibus, posthumi honoris vestigat exolvere;


(1) D.  
Milot

13  
portabitque, ut dum nulla unquam apud nos, ipsumque te,  
tanti Magistri memoriam oblitio deletura est, vis tamen  
verba desideriorum apud eas, quæ tuis manibus paulatim  
affuerunt, in dies deferretur. Neque parum ad id confel-  
itia, quæ sales, gratia apud illustrissimum (1) cui hoc  
tua Thesi dicatur, Regni Administrum; Arcionatem  
alterum, qui, quo boni publici studio fuerit, eodem in libera,  
scientias et artes utiles, earumque cultores incandit. Verum  
ut quid ego in laudibus tuis persequendis diutius immoror?  
Instat hora certaminis, cujus, ut confido, felici exitus -  
insignem imponet glorie tue coronidem.

(1) D.  
Bertius

Dixi

~~~~~  
~~~~~  
~~~~~  
~~~~~



DE UTERI PROLAPSU.  
THESES  
ANATOMICÆ ET CHIRURGICÆ.

Quas, DEO JUVANTE, & Præsîde M. FRANCISCO  
CHOPART, Præclaræ Artium Facultatis & Chirurgiæ  
Magistro, nec non Anatomîæ & Chirurgiæ in Scholâ  
Practicâ Professore, *tueri conabitur* JACOBUS-ANDREAS  
MILLOT, Divionæus, in almâ Universitate Parisiensi  
Artium Liberalium & Chirurgiæ Sancti Germani in  
layâ Magister, nec non SERENISSIMI PRINCIPIS  
COMITIS PROVINCIAE ROMANÆ Chirurgus,  
Theseos Auctor.

P A R I S I I S,  
IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS,

*Die lunæ 30<sup>a</sup>. Decembris, à sesqui-Secundâ post meridiem ad septimam*  
A. R. S. H. 1771.

PRO ACTU PUBLICO  
ET  
SOLEMNI COOPTATIONE.



Typis P. AL. LE PRIEUR, Regii Chirurg. Collegii  
Typographi.

---

M. DCC. LXXI.





# THESES

ANATOMICÆ ET CHIRURGICÆ.

DE

## UTERI PROLAPSU.

**V**ISCUS sexui femineo peculiare, Uterus, Generationis organum, ad unum alterum-ve latus fertur, ascendit, descendit, inversus procidit, non inversus prolabitur & extrâ sinum pudoris quandòque propendet. De Uteri prolapsu tantùm dicendi animus est.

I.

UTERUS in pelvi situs, corpus est musculare, spongiosum; antè se vesicam urinariam, retrò intestinum rectum habet. Figura ferè triangularis, cujus basis superior, apex inferior; facie anteriori planior, posteriori paulò convexior; lateraliter in aciem parùm depressa, in virginibus & mulieribus non gravidis; in prægnantibus ovalis & sursum latior. Pars Uteri angustior & veluti cylindrica, collum

A ij

6

seu *cervix* dicitur : amplior , *corpus* vocatur , cui fundum superne distinguere solent.

CIRCA partem penè infimam cervicis circumnascitur vagina , canalis membranaceus , teres , valdè expansilis , asperus , insignibus plicis ac rugis exaratus , qui Uteri osculum amplexus indè deorsum & anteriùs tendit , & aperitur in parte inferiori pudendi , sub urethrâ.

## I I.

AD vaginam solâ semper cervice suâ nexus Uterus , vesicæ & intestino recto adhæret ; in pelvi quasi pendulus est ; annectitur ope ligamentorum , quæ à dimensione nomen obtinuerunt , latorum & teretium : quæ quidem ligamenta à peritonæo producuntur. Peritonæum enim à musculis abdominis , osse que pubis ad vesicam accedit , super ejus summam fornicem scandit , iterum descendit ponè vesicam ; indè à vesicâ ascendens , antè uterum elevatur , sese expandit lateraliter ad supremam Uteri convexitatem , & ligamenta lata efformat : quo in ascensu fit ipsa membrana extima Uteri ; & transcendit 1°. Ligamenta teretia , supernè planiora & modicè convexa ; quæ singula exeunt de Uteri latere anteriùs & sub origine tubarum , flectuntur indè deorsum super vasa iliaca , abeunt antrorsum ad annulum muscoli obliqui abdominalis , & descendunt ad initia femorum & in vasa ac fibras sese explicant ; quæ fibræ ad exteriora montis veneris & vulvæ in adipe evanescent : 2°. Tubas obducit , canales exiguos , ex duabus membranis inter quas aliquid est cellulosi , compositos ; quorum finis extremus liber est in abdomine ; qui uno osculo perangusto in cavum pelvis & altero in Uterum ad angulum lateris supremi triangularis cavæ aperiuntur : 3°. Testes muliebres seu ovaria velat , corpora oblonga , transversè posita , tubis posteriora , vesiculis membranaceis humore limpidi ad ignem coagulabili turgidis , numerosis vasculis composita ; quæ singula lateribus Uteri ope ligamenti brevis connectuntur : 4°. Tandem hæc lamina peritonæi anterior obducit vasa , telam cellulosam mediam & nervos.

POSTQUAM peritonæum Uteri summum attigit, secundum ipsius Uteri superficiem posteriorem, & suam propriam anteriorem laminam, sibi parallelam, iterum descendit; ad vaginam usque, cui & ipsi adhæret ad nexum hujus canalis cum Uteri cervice, deorsum transversè producitur; denique idem rectum intestinum amplectitur, quasi duobus semi-circulis seu lunatis plicis; antè id intestinum & os sacrum ad latera intestini ascendit, & cum lumbali peritonæo trans vasa iliaca continuatur.

### I I I.

LIGAMENTA quæ Uterum quasi suspensum tenent, dilationis atque relaxationis admodum capacia sunt; adeò ut Uterus non solum quoad partem vaginæ, sed extrà pudenda procidere possit.

### I V.

UTERI Prolapsus est translatio Uteri in vaginam vel extrà vulvam. Ex hac definitione oritur distinctio Prolapsûs in completum & incompletum: hic vocatur *Uteri descensus*, *semi-prolapsus*, cum in vaginâ tantum deprimitur, & suos habet gradus; modò enim leviter tantum descendit, modò ad extrema usque vaginæ prolabitur: ille seu completus, nomen *Prolapsûs* retinet, & extrà genitalia plus minùs-ve propendet.

### V.

CAUSÆ Prolapsûs Uteri vel à nimia humiditate, vel à partu, vel à motibus violentis deducuntur; remotæ sunt, aut proximæ. Ipsa ratio docet, humores per totum corpus defluentes, ligamenta Uteri humectare ac relaxare posse, & prolapsum excitare: undè in phlegmaticis, in virginibus, aut mulieribus quæ colluvie ferosâ, fluore albo abundant, aut quæ balneis & emollientibus lotionibus abutuntur, maximè contingit hujus visceris procidentia. In partu laborioso orificium Uteri unâ cum capite fœtus, nisi illud digitis retineatur, circa pudenda quandòque propellitur; imprimis verò si pelvis nimis ampla fuerit ad proportionem Uteri, si os Uteri crassum sit & renitens: accedentibus denique post partum conatibus & nimia pressione, mirum non

est quod, partibus utero continuis nimis relaxatis, Uterus in pristinum statum non restituatur, aut si restituatur, facile extrorsum procidat. Motus violenti, sicut hernias, Uteri prolapsus producere valent; relaxatione ligamentorum antecedente, præsertim ab humoribus deducta. Ad has causas referuntur vehementes tussis, clamores, artuum extensiones violentæ, lapsus, saltationes, tenebræ, vomitus, ponderumque sublevationes.

## V I.

**PROLAPSUS** diagnosis: incompletus dignoscitur ope digiti in vaginam intromissi, qui orificium Uteri longè inferius quàm in statu naturali offendit; completus tam oculorum acie quàm tactu optimè distinguitur: corpus ferè ellipsoideum vulvam intèr & femora propendet, lævigatum, renitens, in parte superiori amplissimum, cujus extremitas inferior semper minori latitudine donata, cesticillum carneum habet & foramen, per quod digitus aut specillum introducit, à quo etiam catamænia, tempore dato, fluores-ve albi stillant: vagina inversa & abrepta per descensum corpus illud involvit; superficies ipsius lævis, rubicunda, pluribus annis elapsis, colorem cutis exterioris non ab similem sæpissimè induit; labiis majoribus continua videtur.

**SIGNA** Uteri prolapsi discrepant à signis Uteri inversi & polypi Uterini: 1°. Si inversio Uteri sit incompleta, orificium Uteri non reperitur in medio tumoris digito obversum, sed inversum Uterum complectitur: in completâ inversione, nullum adnotatur foramen in parte infimâ corporis propendente; pars superior est inferiori angustior; digitus circumduci potest inter labia magna & ipsius periphæriam superiorem: 2°. Polypus pediculo angusto superius annectitur, inferius basi insignis latiori, digito pulsus non regreditur; in hujus superficie nulla reperitur cavitas orificium Uteri designans.

## V I I.

**PROLAPSUS** symptomata & accidentia: dolores tensivi; distractiones circà lumbos, inguina & coxas; sensus gravativus in Utero & pudendis, qui minùs molestus est in prolapsu incompleto, quàm in completo & nullo modo

9  
percipitur in situ resupino; incommodum inter incedendum; difficilis admodum urinarum excretio, vel totalis retentio; excoriatio Utero inducta ab urinæ effluxu, ab excrementis continuò exeuntibus, à perpetuâ femorum allisione; inflammatio; gangræna; prostratio virium; animi deliquia; motus convulsivi; delirium; sudores frigidi; mors.

### V I I I.

QUANQUAM inflammationes, ulcera, &c. Uteri procidentiam concomitari sæpius videantur; interim sibi relicta, nec congruis remediis adhibitis, rarò lethalis evadit, sed variis tantùm stipatur incommodis. Recens, perfectus & imperfectus Uteri prolapsus, si convenienter tractetur, spem felicitis curationis promittit; imprimis verò cùm ætas adulescens est & florens; ætate jam provectiori, mox levi ex causâ relabitur Uterus. In veteri prolapsu, si Uterus magnam molem referat, difficulter erit reponendus & in situ naturali retinendus.

### I X.

CURATIO prolapsûs Uteri duobus potissimùm momentis absolvitur; repositione nempe organi prolapsi, & ejusdem in loco suo naturali retentione.

ANTÈ repositionem prolapsûs non recentis præmittenda sunt generaliora; alvum uno duobus-ve laxantibus enematis excitare competit; deindè catheter in vesicam immitrendus est. Quibus præmissis, mulier supina natibus elatis, cruribus diductis, genibusque fursùm retractis, recumbat: à vociferatione, clamoribus, conatibus sedulò absteat, ne obstet regressui Uteri vel ingressum repellat. Tùm Chirurgus, si procidentia incompleta sit, duos aut tres digitos butyro, oleo-ve inunctos in vulvam mittat, orificium Uteri cautè premat, & pellat quousquè reducatur in situ naturali: si completa sit, totam molem cum dextrâ reprimat, & gradatim impellat usquè ad superiora. Utero reposito, eundem in situ confirmare & conservare juvat.

SOLE quies & decubitus supinus, coxis paulisper eleva-

tis, pro utero in sede suâ continendo sufficerent; præcipuè in juvenibus & temperamenti firmioris, quibus incommodum recens fuerit: reductum verò uterum concinnato pessario, vel spongiâ subtili aquâ vulnerariâ imbutâ retinere operæ pretium est.

Si inveterata sit Uteri procidentia; si volumen, crassities, duritiesque ità augeantur, ut in pristinam sedem ullo modo aut absquè periculo restitui nequeat corpus prolapsum; moles propendens in solatium & levamen miserarum suspenforii ope sustinenda, & ab urinarum actione protegenda: ab omni motu nimio, vel inconsiderato præcaveant,

NONNUNQUAM evenit, ut repositio ob inflammationem partis prolapsæ & liquorum in ipsis vasis statim ex voto non succedat; tunc sanguinis missio pro viribus repetatur; splenia decocto anodino & emolliente imbuta aut cataplasmata ejusdem indolis duplici linteo involuta imponantur; tandem enemata emollientia, forusque ejusdem generis abdomini impositi adhibeantur: quibus tentatis, nova iterùm reductionis tentamina prudenter agenda: dùm iteratis sanguinis missionibus, producitur syncopes; tunc omnes laxantur partes, & Uterus ad locum naturalem facilius reducitur (a),

(a) Felicem hujusce praxeos exitum in prolapsu completo adnotavimus. Mulier triginta annorum aut circiter, præpinguis, urinæ retentionibus quandoque vexata, quæ tres parcos laboriosos passa fuerat, arborem ascendit. Cùm descendere voluerit, ramo suspensa, dolorem gravatvum in ano & distractiones in pelvi per sensit; humique delapsa, omnia viscera abdominis foràs erupuisse credidit. Ad præcipuum divionis nosocomium, (quò, anno 1760, artem Chirurgicam exercebam) adducta fuit. Genitalibus inspectis, tumorem lævigatum, renitentem, vivido calore ardentem, & extra pudenda quatuor digitis transversis propendentem contrectavimus. In ejus parte inferiori & posteriori foramen erat, quod Uteri orificium designabat. Tunc celebratâ sanguinis missione, cataplasma emolliens tumori imposuimus. Tribus horis elapsis, cataplasmate ablato, partem superiorem exploravimus; digito in vulvam protenso, nulla nobis fuit progrediendi via ad vaginam; omninò inversa videbatur. Repositionem hujusce Uteri prolapsus incassum tentavimus. Tum repetita phlebotomia syncopem induxit, & eo ipso momento facillima fuit reductio. Spongiam decoctione corticis Peruviani imbutam in vaginam intromisimus; deindè pessarium ovale ceraceum.

FINIS,